

TRIBUNALE DELLA ROTA ROMANA - *Int. Portoricen. seu Arabicen* - Nullità del matrimonio - Mancanza di discrezione di giudizio per mancanza di libertà interna - Sentenza definitiva - 21 giugno 2000 - Huber, Ponente (*).

Matrimonio - Consenso - Difetto discrezione di giudizio - Mancanza di libertà interna - Distinzione tra motivazione e determinazione - Rapporto tra libertà e responsabilità - Valutazione.
Matrimonio - Consenso - *Ablatio libertatis ab intrinseco* e *ablatio libertatis ab extrinseco* - Mezzi di prova - Accertamento.

La discrezione di giudizio è la funzione estimativa o critica del soggetto, la quale comprende non solo la facoltà intellettuale ma anche la volontà, per cui la mancanza di libertà interna va inquadrata in questo caput nullitatis. L'atto umano libero è un processo intellettuale-estimativo-elettivo nel quale la volontà agisce insieme all'intelletto: l'atto libero implica la possibilità di scegliere tra i beni presentati dall'intelletto, e quindi comporta sia l'assenza di determinazione che la facoltà di autodeterminazione. La determinazione dall'interno non va confusa con i motivi per contrarre e può solo darsi in situazioni speciali nelle quali il soggetto vede gravemente perturbato il processo elettivo. D'altra parte esiste un nesso intimo tra libertà e responsabilità: chi infatti agisce per vero senso di responsabilità e seguendo il dettato della coscienza morale agisce con libertà.

La mancanza di libertà interna non va confusa con il «metus ab extrinseco»: mentre quest'ultimo procede da una causa libera esterna a chi patisce il timore, il difetto di libertà interna promana dalla stessa persona del contraente. Tale differenza sembrerebbe accidentale poiché in una ed altra ipotesi verrebbe sempre a mancare la libertà del nubente. I mezzi di prova del «metus ab extrinseco» sono la confessione sia da chi ha inferito il timore, che da chi lo ha sofferto; ha particolare importanza la prova dell'avversione a contrarre matrimonio. La man-

(*) Sentenza non pubblicata Prot. n. 16.641 Sent. 72/00. Vedi, alla fine della sentenza, nota di Montserrat GAS I AIXENDRI, *Mancanza di libertà interna e capacità per il matrimonio: appunti sulla giurisprudenza recente.*

tori e della riluttanza della figlia a sposarsi... Per cui conclude che i fatti evidenziano al limite dei condizionamenti (per esempio una certa volontà di assecondare la volontà dei genitori) che però non corroborano quanto affermato dalla parte attrice, a maggior ragione se manca la prova dell'*aversio*: «ita matrimonium ab eadem graviditatis causa inritum ex obsequio erga parentes identificari nequit cum matrimonio celebrato ob metum gravem saltem reverentialem» (n. 26).

Miguel Ángel Ortiz

canza di libertà si deve provare sia dalla dichiarazione delle parti che dalle testimonianze dei testi sull'abnorme costituzione psichica dell'attore, nonché dalla perizia sulla natura e grado del difetto nella facoltà elettiva del contraente.

(*Omissis*) SPECIES FACTI. — 1. Athenaeum adhuc celebrantes se cognoverunt XX, duodeviginti annorum, et « YY », quae suae aetatis annum compleverat sextum et decimum. Iuvenes mutua sympathia adlecti se frequentare coeperunt intimas relationes quoque instaurantes.

Tunc temporis partes de matrimonio contrahendo, de filiis habendis et de divortio utpote via possibili pro casu infelicis exitus coniugii inter se collocatae sunt.

Cum puella gravida facta esset, iuvenes subito deciderunt, ut citissime se connubio iungerent, ad scandalum evitandum. Hinc factum est, ut die 19 decembris 1981 partes matrimonium celebraverunt canonicum in ecclesia « VV » appellata, in civitate ZZ nuncupata et intra fines archidioecesis Sancti Ioannis Portoricensis sita.

Convictus iugalis, filia laetificatus, ad duos annos et menses novem perductus est. Primis mensibus vita communis serena et pacifica erat. Difficultates ortae sunt, cum mulier opus foris praestitisset et fidem fregisset.

Vir, qui vitam familiarem amplius tolerare non potuit, separationem instituit. Communi consensu coniuges divortium petierunt et die 11 septembris 1984 obtinuerunt.

Mulier, divortio digressa, relationem intexuit cum BB, ex quo trinam prolem suscepit.

2. Vir vero, die 16 maii 1990, Tribunali Interdioecesano Portoricensi libellum obtulit, quo matrimonium suum cum « YY » contractum nullitatis accusavit ob gravem defectum discretionis iudicii in utraque parte.

Libello admissio, die 30 augusti 1990 iuxta viri petitionem dubium concordatum est.

Causa per auditionem partium testiumque rite instructa, aditum Tribunal die 22 ianuarii 1993 edixit constare de matrimonii nullitate, in casu, « debido a grave defecto de discreción de juicio, por falta de libertad interna al contraer ».

Iuxta praescriptum iuris sententia una cum ceteris iudicii actis ad Tribunal Metropolitanum Sancti Ioannis Portoricensis transmissa

est. Heic die 24 maii 1993 dubium determinatum est hac sub formula: « Si en el presente caso se debe confirmar o corregir la sentencia dada en Primera Instancia ».

Actore denuo ad examen vocato et Animadversionibus Defensoris vinculi habitis, Tribunal appellationis die 26 augusti 1993 causam denique ad ordinarium examen secundi gradus admisit.

Die 1 septembris 1993 Iudices priorem sententiam non confirmarunt, sed infirmarunt pronuntiantes non constare de matrimonii nullitate in casu.

Ex Actoris appellatione causa ad Nostrum Forum delata est. Heic Promotor iustitiae Defensori vinculi respondit denuntiatam legis processualis negligentiam non secum ferre appellatae sententiae nullitatem. Deinde die 23 iunii 1997 dubium ita definitum est: « An constet de nullitate matrimonii, in casu, ob gravem defectum discretionis iudicii circa iura et officia matrimonialia essentialia mutuo tradenda et acceptanda in utraque parte ».

Actis peritia auctis et defensionali opera commutata, hodie tandem infrascriptis respondendum est dubio rite concordato et modo relato.

IN IURE. — 3. Matrimonium de quo, sub regimine Codicis abrogati contractum est. Itaque ius vetus applicetur oportet. In vetere Codice de discretione iudicii nulla mentio fit directa, sed tantum indirecta in cann. 88, § 3; 1648, § 3 et 2201, § 1. Citati canones determinant incapacitatem eorum, qui usu rationis carent. Agitur semper de defectu naturalis capacitatis ponendi actum humanum. Nec diverso sensu intellegi possunt verba can. 1081, § 1: « Matrimonium facit partium consensus inter personas iure habiles legitime manifestatus... ». Iuris naturalis principia, quae discretionem iudicii respiciunt, recoluntur in can. 1095 vigentis Codicis, qui in n. 2 statuit incapaces esse matrimonii contrahendi, « qui laborant gravi defectu discretionis iudicii circa iura et officia matrimonialia essentialia mutuo tradenda et acceptanda ».

4. Discretio iudicii, quae in sententiis rotalibus locutionibus « functio (intellectus) ponderativa seu aestimativa », « facultas critica », « ordinatio et conspiratio facultatum superiorum », « iudicium quod praxim spectat, seu iudicium practicum » designatur, nedum complectitur cognitionem intellectivam et maturitatem iudicii ad aestimanda iura et officia matrimonialia essentialia, vero etiam defectum libertatis internae.

Nemo unquam recte de huiusmodi libertate aget, nisi totum processum intellectivo-aestimativo-electivum alte introspexerit. Quod fieri non potest absque adiutorio philosophiae. Notio libertatis namque est notio industria philosophica explicanda.

Intellectum sequitur voluntas, quae necessario appetit bonum ex omni parte explens appetitum, id est summum Bonum. Inter plura autem bona, quae in terris habentur et quae iudicio mutabili appetenda proponuntur, voluntas libere eligit. Quapropter libertas prae se fert faciem negativam et positivam: altera implicat absentiam determinationis voluntatis ad unum, altera facultatem sese determinandi.

De libertate Concilium Vaticanum II docet: « Dignitas igitur hominis requirit ut secundum consciam et liberam electionem agat, personaliter scilicet *ab intra motus et inductus, et non sub caeco impulsu interno vel sub mera externa coactione* » (Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 17).

5. Ad actum liberum ponendum, duplex immunitas postulatur: libertas a coactione, seu a vi extrinsecus illata et libertas a necessitate activae potentiae.

Heic non est tractandum de libertate a coactione, de qua in can. 1103, quia principia iuridica pernota sunt.

Respectu casus concreti nostra interest aliquod commentarium facere de verbis « non sub caeco impulsu interno ». Disciplina philosophica docet voluntatem caecam non esse, illam enim habere intellectum ut oculos. Intellectus enim praesentat voluntati obiectum, quod ab illa appetitur. Voluntas autem caeca est, si intellectus unum tantum obiectum praebet. In casu voluntas cum necessitate hoc obiectum appetit, cum nulla ei detur facultas inter plura, etiam opposita, seligendi. Quibus perspectis sine haesitationibus accipienda sunt, quae affirmativa sententia exponit: « Por lo tanto, la actividad que constituye el acto de elección voluntaria será libre en cuanto no es predeterminado por las fuerzas externas ». Attamen non cum eodem assensu accipiuntur ultima verba: quod nempe consentiendi actus tunc tantum liber est, si non determinatus sit « por motivos internos ». Motiva namque, etsi describi possunt veluti impulsus interni vel pressionem psychologicae, hominis libertatem non tollunt. Errat quidem valde, qui putet decisiones, ut liberae sint, absque motivatione esse debere. Decisiones, quae nullis motivis innituntur, arbitrarie et prorsus irrationales habendae sunt. Philosophice loquendo,

motiva recensentur inter causas finales, quae hominem ad agendum alliciunt, quin cogant.

6. Consentendum est cum primi gradus Iudicibus, cum affirmant dari posse « situaciones especiales », quae processum electivum graviter perturbant. Scripta leguntur: « Inter temporales perturbaciones, quae rectum usum facultatis intellectivae et facultatis volitivae adimere vel graviter ita imminuere possunt, ut defectu debitae discretionis iudicii homo matrimonialem consensum tradere nequeat, adnumerandae sunt necinopinatae violentae animi commotiones, a psychologis “emozioni” nuncupatae... » (coram Di Felice, decisio diei 19 octobris 1985, Romana, n. 4). In decisionibus rotalibus aliae rationes quoque denuntiantur, ex. gr. status conflictualis, ideae obsessivae, affectiones immoderatae, immaturitas affectiva, pathologica motivatio, pathologica incapacitas deliberandi. Hisce in hypothesebus totus processus intellectivo-aestimativo-electivus graviter perturbatur et efformatio iudicii pratico-practici in contrahente praepeditur, quominus consensum iuridice liberum elicere valeat.

Adnotandum tamen est homini etiam libertatem eligendi remanere, cum non omnes motivationes suae decisionis profunde perspicit. Hoc in conspectu memoranda sunt verba Magisterii: « Rationalis consideratio et quotidiana experientia debilitatem demonstrant, qua hominis libertas afficitur. Libertas profecto est vera, sed finita: non in se ipsa absolutum summumque principium habet, sed in existentia in qua versatur, quaeque simul limes est et possibilitas. De libertate agitur creaturae, de libertate scilicet donata, quae velut semen suscipienda est et officii conscientia maturanda » (Ioannes Paulus II, Enc. *Veritatis splendor*, 86).

7. Solummodo intra huius doctrinae et iurisprudentiae contextum clare intellegi potest, qua sub conditione coarctetur libertas illius, qui profert se tantum propter graviditatem sponsae matrimonium contraxisse. Hoc in casu nullo modo in genere et absolute praesumi debet defectus libertatis. Haud raro namque celebratio coniugii est fructus discussionis et deliberationis, quae « sensum responsabilitatis erga puellam et nascituram prolem demonstrat » (coram Giannecchini, decisio diei 26 iunii 1984, *ibid.*, vol. LXXVI, p. 394, n. 7). Sic ipsa matrimonii celebratio favet libertati. Haec autem deficit, si motivatio contrahentis proveniat ex quadam interna impulsione seu obsessione veluti conscientia graviter scrupulosa, cui subiectum resistere non valet.

Aliud praeterea est addendum, in quod mens ulterius intendatur; quod peculiaris momenti est hac in causa. Saepe in actis sermo est de responsabilitate et de obligatione morali, qua sponsi se adstrictos senserunt.

Intimus est nexus inter libertatem et responsabilitatem: non datur responsabilitas absque libertate et libertas semper responsabilitatem secum fert, quia responsabilitas est consequentia ex usu libertatis. Perbelle itaque res exprimitur sub notione libertatis responsabilis.

Enodanda quoque est quaestio de relatione inter legem moralem et libertatem. Homo, legem sequens moralem, suae propriae libertati nullum infert detrimentum, immo sua libertate utitur ad divinam voluntatem observandam. In hac legis moralis observantia libertas hominis non minuitur et non supprimitur, sed suam perfectionem attingit. Aliis verbis: libertas non in electionibus contra leges morales impletur.

8. Haud raro accidit, ut confusio instituatur inter metum ab extrinseco incussum et defectum libertatis internae. Etsi duae hypotheses nupturientis libertatem auferre possunt, tamen confundendae non sunt: metus ab extrinseco inlatus procedit a causa libera a metum patiente distincta, dum defectus libertatis promanat ab ipsa persona contrahente.

Ratio ultima, cur metus gravis et ab extrinseco incussus matrimonium invalidet, invenitur in ablatione libertatis. Subiectum enim metum gravem patiens solummodo seligere potest aut matrimonii celebrationem aut malum imminens. Metus tunc tantum tollit libertatem, cum trepidatio animi adeo gravis est, ut cooperationem facultatum superiorum in efformando iudicium pratico-practicum conturbet. Gravitas affectionis subiectivae pendet praesertim ab individuali mentis dispositione ratione habita non solum sexus, aetatis, complexionis organicae, sed etiam debilitatis mentis, indolis, educationis etc.

Si ad id attendatur, quod quoad libertatem requisitam postulatur, in praedictis hypothesis commune et essenziale est: ut coniuges matrimonium inire possint a quacumque coactione immunes.

Omnino accidentale videtur esse, quod ablatio libertatis proveniat ab extrinseco vel ab intrinseco, a persona matrimonium contrahente distincta vel ab ipsa persona contrahente. Utcumque et in omni casu aufertur nupturientis libertas.

9. Quoad probationes haec sunt animadvertenda.

Ablatio libertatis ab extrinseco probatur per confessionem tum metum patientis tum metum inferentis. Audiendi sunt illi, qui coercionem directe inspexerunt aut qui aliquid de metum patiente vel metum inferente didicerunt. Aestimanda sunt omnia adiuncta, inter quae primum locum obtinet aversio partis, sive a comparte sive a matrimonio cum ea contrahendo. Deficiente aversione, de metu incusso ideoque de defectu libertatis sermo esse nequit.

Ablatio libertatis ab intrinseco eruitur ex declaratione partis actricis, quae Iudici proponat et exponat, cur ipsa persuasa sit de matrimonii nullitate ob defectum discretionis iudicii, definite ob defectum libertatis internae.

Deinde excutiatur pars conventa, quae per plures annos cum parte actrice cohabitavit et vices prae et postmatrimoniales ex cotidiano vitae experimento cognoscit.

Postea testes omnia adiuncta adducant, ex quibus aliqua abnormis constitutio subiecti psychica dignoscatur. Ipsi facta enarrare debent, non autem iudicium de factis ferre.

Ad periti munus eligatur, qui non solum idoneitatis testimonium obtinuit, vero etiam scientia et artis experientia sit insignis, religionis honestatisque laude commendatus.

In causis ob defectum discretionis iudicii peritus Iudicem edoceat de natura et gradu asserti defectus deque eius effectu in facultatem contrahentis electivam ad graves decisiones assumendas et definite ad nuptias ineundas.

IN FACTO. — 10. Quemadmodum ex supra descripto itinere processuali patet, causa haec in prioribus iudiciis difformem obtinuit sententiam: affirmativam in prima instantia, negativam in altera.

Iudices primi gradus haec duo praecipua argumenta afferunt, quorum alterum est, quod partium libertas matrimonii contrahendi ob praegnantiam ex copula carnali ante nuptias exortam diminuta fuerit, alterum, quod sponsi, haud obstantibus familiae Actoris monitionibus, coniugium religiosum celebraverint lege morali adstrictos se sentientes.

Iudices alterius instantiae nullum tribuerunt valorem priori sententiae, cuius deductiones minime confirmarunt, quin immo solido fundamento carere aestimarunt. Ipsi tres praecipuas enodant quaestiones, quarum prima respicit influxum praegnantiae puellae in partium consensum, altera spectat ad obiectum consensus matrimonialis

et tertia disceptat de consensu libero et conscio in nubendo. Respon-
sionibus datis, appellati Iudices certitudine morali concludunt: «Es
por todo ello que consideramos que la sentencia dada en 1^a instancia
debe ser corregida en el sentido de que no consta la nulidad de este
matrimonio debido a grave defecto de discreción de juicio por falta
de libertad interna al contraer».

11. Ad aequum iudicium ferendum, praestat aliqua facta reco-
lere, quae a nemine in dubium revocantur.

Utraque pars orta est a genitoribus humilibus et laboriosis, qui
prolem solida morali et religiosa formatione instruxerunt. Iuvenes
cum fructibus superiorem frequentaverunt scholam, ubi annis
1978-1979 sibi obviam habuerunt. Iidem optimam necessitudinem
instituerunt tum cum magistris tum cum condiscipulis, etiam diversi
sexus.

Tempore procedente, partes mutuo captae sunt affectu vehe-
menti. Aderat inter eos relatio sponsalicia cum consensu utriusque
familiae. Itaque sponsi de matrimonio in futurum contrahendo cogi-
taverunt, quin diem certam statuissent. Iuvenes amorem ope relatio-
nem sexualium quoque expresserunt, et quidem, ut dicitur, semel in
hebdomada. Ad conceptum prolis impediendum, illi intervallorum
tempus observaverunt. Hic autem usus cyclorum naturalium secum
tulit acceptationem dialogi, mutuae observantiae et dominatus sui
ipsius. Quibus haud obstantibus, mulier a viro gravida facta est.

Communi consensu partes deciderunt, ut quam primum nuptiae
celebrarentur ad praegnantiam occultandam et ad scandala in fami-
liis praevenienda.

Neuter nupturiens ante nuptias umquam curis psychologicis
psychiatrique subiectus est. Nemo quicquam abnorme in utraque
vel alterutra parte detexit.

Neque obici potest utriusque aetas: vir tempore nuptiarum vice-
simum suae aetatis annum agebat, mulier duodeviginti annos nume-
rabat. Aetate perspecta, discretio iudicii ad matrimonium contrahen-
dum praesumenda est: nupturientes namque unusquisque exsupera-
vit aetatem legalem requisitam ultra quattuor annos.

Actoris parentes sese celebrationi nuptiarum aliquo modo oppo-
suerunt, propterea quod putaverunt Conventam non esse eam, quam
filius in uxorem ducere deberet. Monitionibus hisce haud obstanti-
bus, coniugium post circiter duos annos conversationis sponsaliciae
ritu religioso celebratum est. Die nuptiarum omnia rite processerunt.

Matrimonium consummatum est et primis mensibus coniuges feliciter cohabitaverunt. Mutuae contentiones, ex mulieris infidelitate ortae, ad disruptionem insanabilem matrimonium adduxerunt. Cum omnis alius conatus esset vanus, separatio est instituta.

Ex coniugii historia nulla signa patent, quae defectum libertatis in alterutra vel utraque parte indicare possent.

Universis actis attente perlegenti unum manifestum videtur: connubii naufragium causae celebrationi matrimonii supervenienti adscribendum esse, scilicet libero modo sese gerendi seu infidelitati mulieris.

12. Mulier conventa, quamvis pluries in prima instantia citata, renuit in ius venire ad declarationes faciendas. Qua de causa, legitime a iudicio absens declarata est. Consequitur, ut tota causae instructio in Actoris eiusque testium depositionibus nitatur.

Ex actis sane ermergit puellam responsabilitatem ex praegnantia praematrimoniali assumpsisse et viro matrimonii celebrationem strenue proposuisse. Mulier itaque decrevit legem servare moralem. Ita maturitatem intellectus et voluntatis demonstravit. Haec deductio ex tabulis processualibus non contradicatur. Illae enim nulla signa pathologica in muliere patefaciunt, quae illam cum necessitate ad matrimonium ineundum determinaverunt. Rebus sic se habentibus, concludi licet mulierem conscie et libere statum vitae elegisse.

13. Ad sustinendam accusationem, Actor sua vice duas praecipuas rationes adducit, quarum prima est, quod mulier eum propter praegnantiam ad matrimonium religiosum coegerit, altera, quod ipse se ob puellae graviditatem lege morali obstrictum senserit ad coniugium celebrandum. Unumquodque argumentum separatim consideremus.

14. Primo Actor profert se a muliere, gravida facta, ad coniugium coactum esse. «Mi novia — ait — me presionó y me amenazó, por el hecho de que iba a nacer una criatura».

Nec aliud vir in examine iudiciali fatetur: «Nos casamos por la Iglesia católica por la insistencia de ella que decía que había que casarse por el embarazo y que tenía que ser por la Iglesia católica. No admitió de ninguna manera que fuera de otra forma. Yo me vi presionado y confundido dada la existencia de un embarazo y de la presión moral y ante lo demás que esto supone». Assertiones, sicut iacent, nihil aliud revelant nisi sponsae instantiam. Actor neque huí-

smodi instantiae gravitatem neque eiusdem influxum in consensum matrimonialem collustrat. Deest quaecumque ulterior rerum explicatio. Quam ob rem difficile est intellectu, quomodo «insistencia de ella» sponso libertatem ab extrinseco auferre potuerit.

Actoris familiares assumptionem viri comprobant: dum pater asserit: «El tuvo que casarse porque ella lo obligó a casarse, dado que como venían sosteniendo relaciones sexuales, ella quedó embarazada y ella lo obligó y lo amenazó», affirmat mater: «Ella decidió casarse por la Iglesia y así lo exigió a mi hijo para aparentar que nada pasaba y quedar bien ante la sociedad», et deponit frater maior natu: «Ella como que lo estaba presionando para que se casara por el asunto del embarazo tenido, dado que habían sostenido relaciones sexuales». His expensis, nullum est dubium, quin mulier celebrationi matrimonii institerit..

Ad media ab eadem adhibita quod spectat, ait Actor: «Al surgir lo del embarazo ella me lo indicó y me señaló que teníamos que casarnos por la Iglesia». Et ita comperimus mulierem usam esse simplicibus indicationibus, invitationibus, desideriis et consiliis. Eadem tamen nullam vim compulsivam adhibuit, quae viri voluntati inlata est, ut in coniugium celebrandum inflecteretur. Actor nullam aversionem aut in personam puellae aut in connubium cum illa ineundum manifestavit. Quapropter necesse non erat, ut eius voluntas conculcetur et superaretur. Ipse libertate substantialiter gavisus est contrahendi vel non contrahendi, mulierem conventam vel aliam puellam in uxorem ducendi.

15. Secundo vir actor confitetur se lege morali seipsum sensisse obligatum ad coniugium celebrandum. Hae sunt eiusdem declarationes: «Moralmente me sentía obligado», «me sentía moralmente obligado», «por el hecho de que iba a nacer una criatura, debido a esto también me sentí obligado».

Ipse coram Iudice fusius de defectu libertatis loquitur explicans: «Definitivamente yo no fui libre. Yo me vi moralmente obligado para cumplir con la situación y evitar el escándalo que esta situación podía generar. Mis principios personales y mi conciencia de responsabilidad moral por un lado, más la presión que ella ejerció sobre mí».

Claris et indubiis verbis vir actor revelat se responsabilitatem ex relationibus praematrimonialibus provenientes non recusavisse, sed sibi assumpsisse. Tamen valde errat ipse, cum dicit responsabi-

lem agendi rationem suae libertati detrimentum intulisse. E contrario, cum responsabiliter egit, libertate usus est. Responsabilitas utpote libertatis consequentia iuxta principia logica praesupponit libertatem.

Nec secus ac Actor, familiares attentionem ad partium motiva dirigunt, scilicet «para evitar un escándalo ante la familia y ante la Iglesia y la sociedad». Haec motiva partes non immutabiliter determinant ad unum. Eis relinquitur plena facultas motiva aestimandi atque motivum ultimum eligendi, aliis motivis reiectis.

16. Circumstantiae adversus viri assumptionem militant.

Imprimis ex tabulis processualibus emergit partes firma valetudine tum physica tum psychica praeditas fuisse, aiente viro: «Ambos eram dos personas normales».

Familiares describunt Actorem tamquam «persona sencilla», «humilde», «muchacho honesto», «tipo alegre», «simpático», «sumamente responsable», «muy buena persona». Ab iisdem Conventae indoles his expressionibus designatur «muchacha dominante de carácter, impositiva», «una persona de carácter fuerte», «carácter e ingenio dominante, impositivo».

Ratione habita partium dispositionis physicae et psychicae, affirmari licet illas non fuisse personas, quarum animi gravem perturbationem facile patiebantur.

Admittendum est tempus antenuptiale pacificum et serenum fuisse, aiente viro: «Fuimos novios por un espacio de dos años. Yo diría que el noviazgo fue regular». Et adhuc: «Durante nuestro noviazgo nos llevábamos regular».

Prima sententia censet partes matrimonium inivisse, quin se cognoscerent, ob attractionem mere physicam-sexualem, et tandem ob mulieris praegnantiam. Attamen, ipse Actor de tempore antenuptiali loquens, palam patefacit: «Antes de esto habíamos pensado en que en el futuro nos casaríamos, pero al momento de ocurrir esto no teníamos nada serio en cuanto a fecha o planes inmediatos de boda».

Repetit Actor in altera instantia: «En el noviazgo se hablaba del futuro matrimonio», et etiam: «Ellos tenían un proposito futuro, sin fecha, de contraer matrimonio», atque demum: «Ellos se querían mirando al matrimonio. Ellos tenían voluntad de hacerse esposos». Ergo graviditas mulieris tantum fuit occasio volendi *hic et nunc* inire matrimonium, id est «señalar una fecha», «hacerlo en aquel momento y en aquella circunstancia».

Aliud praeterea addendum est, in quod mens attendatur et quod est maximi momenti hac in causa: sponsi rectam intentionem circa bonum prolis nutriverunt. Ipse Actor scribit: «Hablábamos sobre el futuro, tener hijos», et explicat: «La opinión de tener hijos era la normal de una pareja, positiva». Nullum igitur est dubium, quin iuvenes matrimonium contrahere voluerint «que sería para toda la vida».

Hoc in rerum prospectu cuncta ad claritatem rediguntur: puella ex inopinato gravida facta est, quia frequentes relationes sexuales inter iuvenes intercesserunt, qui ad prolis conceptum impediendum temporis intervalla observaverunt. Praegnantia mulieris detecta, sponsi nasciturum susceperunt et coniugii celebrationem decreverunt, dicente viro: «Esta situación cambió el curso de nuestro noviazgo ... esta situación precipitó la situación matrimonial... nos precipitamos en el acceso al matrimonio».

Non tamen oblivisci licebit sponso non statim matrimonium contraxisse, sed disceptavisse de aliis viis ad matrimonium evitandum idoneis deque modo coniugii celebrandi. Hac de discussione ipse vir eloquitur, cum dicit: «Yo podía haber buscado alternativas, pero yo sabía que debía asumir la responsabilidad de mi hija...». Per brevi, sed densa affirmatione declaratur huius causae veritas. Dicitur, in primis, viro adfuisse facultatem alias vias vestigandi. Ergo non fuit determinatus ad unum. Id poscit, ut ille libertatem agnoscat. Deinde vir sese revocat ad responsabilitatem, quae absque libertate exerceri non potest. Sponsi ergo post rationes deliberatas censuerunt matrimonii celebrationem esse solum remedium ad antenuptialium rerum vices occultandas.

Tempore praegnantiae procedente factum est, ut partes finem sibi propositum scandala praeveniendi assequi non amplius possent. «Aunque de todos modos — deponit vir actor — nunca se pudo ocultar, porque cuando nos casamos ella tenía cuatro meses de embarazo». Hinc haud paucae interrogationes oriuntur. Quae scandala sponsi praevenire voluerunt? Quid occultare intenderunt? Neque graviditas praematrimonialis neque sexuales relationes illicitae pro semper opertae esse potuerunt, quia filiae nativitas omnia revelavit. Acute et verissime declarat vir: «Cuando nació la niña todo el mundo descubrió que había sido esta la causa que motivó el matrimonio».

Primo anno convictus iugalis serenus fuit, aiente viro: «Todo estuvo normal durante el primer año». Quoad vitam intimam «du-

rante un periodo di tiempo» nulla aderat difficultas. Denique rependum est connubium naufragium passum esse ob infidelitatem mulieris.

17. Instante Advocato rotali, «votum» psychiatricum acquisitum est. Psychiater, qui partes directe examinare non potuit, perlectis universis actis, suas deductiones ita comprehendit: «En base a la deposición de las partes y de los testigos no se encuentra ninguna anomalía».

18. Actoris Patronus defendit partes tempore nuptiarum ob immaturitatem psycho-affectivam incapaces fuisse efformandi iudicii practico-practici. Scribit quidem: «Partes tempore coniugii immaturitate psycho-affectiva laborabant, quae eis sufficiens et rectum exercitium facultatis criticae praepediebat». Et sic advocatus sequentem syllogismum constituit: immaturitas psycho-affectiva secum fert limitationem libertatis. Partes tempore nuptiarum immaturae erant. Erga illae defectum libertatis laboraverunt. Nemo est, quin videat Patronum via deductiva processisse. Procedendum autem est via inductiva, id est ex factis certis et iuridice probatis. Facta tamen ostendunt partes vita durante plures decisiones deliberatas tulisse. Etiam earum electio matrimonii celebrandi erat fructus ponderationis motivorum. Ipsi motiva, quae pro matrimonio ineundo suaserunt, cum motivis, quae coniugium dissuaserunt, contulerunt. Ergo electio matrimonii ineundi fuit effectus cooperationis facultatum superiorum, in qua consistit discretio iudicii.

19. Tota causa in sua peculiaritate examinata, Infrascripti Patres ad conclusionem deveniunt partes in consensus matrimonialis prolatione necessaria libertate gavisas esse. Iidem sine haesitatione deductiones Iudicum appellatorum suas faciunt, nempe quod contrahentes «en el momento de casarse mantenían la voluntad de aceptarse como esposos aunque no habían previsto ni deseado aquella circunstancia en que se celebró el matrimonio».

Infrascripti Patres nihil obiciendum habent circa certitudinem moralem Iudicum primae instantiae, sed eorum sententia suicida dicenda est: ex una enim parte concluditur «un acto de ejercicio de la libertad», ex altera autem parte huiusmodi actus consideratur veluti «realizado sin libertad». Sic Iudices primae curae confundunt libertatem cum usu libertatis.

20. Quibus omnibus, tam in iure quam in facto rite expositis ac mature perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus ac definitive sententiamus dubio proposito respondententes:

NEGATIVE, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu.

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis atque Tribunalium ministris, ut hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus quibus de iure, ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Romanae Rotae Tribunalis, die 21 iunii 2000.

Iosephus Huber, Ponens
Franciscus López Illana
Iairus Ferreira Pena

(*Omissis*)

Mancanza di libertà interna e capacità per il matrimonio: appunti sulla giurisprudenza recente.

1. *La capacità consensuale in riferimento al consenso matrimoniale.*

Ogni valutazione della capacità matrimoniale va naturalmente fatta alla luce di ciò che è l'atto al quale va riferita, vale a dire il consenso matrimoniale: atto decisionale personale, nel quale la libertà umana ha un ruolo essenziale, poiché senza di essa non si potrebbe realizzare veramente la donazione dei nubenti nella loro coniugalità in cui consiste sostanzialmente il matrimonio. La capacità matrimoniale sarebbe quel grado di possesso su sé stessi e sui propri atti proporzionato all'atto qualificato che è la donazione e accettazione degli sposi, per costituire il consorzio di tutta la vita ordinato al bene dei coniugi e alla procreazione e all'educazione dei figli, che è il matrimonio.

È noto come la nozione di discrezione di giudizio ha acquisito contorni più precisi nell'attuale c. 1095 CIC 1983 rispetto alla normativa del vecchio codice, sebbene il canone, come per tanti altri aspetti dell'ordinazione sul matrimonio, raccoglie elementi di diritto naturale⁽¹⁾. Ora, nel considerarla, il legislatore guarda al soggetto

(¹) Di fatto la sentenza in epigrafe, si ricollega a questo fatto per applicare i cri-

che, capace d'intendere e volere (dotato d'uso di ragione secondo il primo comma dello stesso canone), deve realizzare l'atto interno di volontà al quale fa riferimento il c. 1057 § 2⁽²⁾. In altri termini, la capacità in questo caso va considerata come la volontarietà proporzionata alla fondazione dell'unione coniugale tra un uomo e una donna concreti, e quindi al possesso della comprensione minima sulla dimensione maschile e femminile, quali aspetti suscettibili di reciproca donazione ed accettazione oltre che alla capacità di donarsi e di accettare l'altro come donna e come uomo rispettivamente⁽³⁾.

2. *Discrezione di giudizio e libertà interna.*

La discrezione di giudizio è un atto nel quale viene coinvolto l'intelletto pratico, cioè quel modo di operare della ragione umana che muove a prendere decisioni sul proprio futuro. La ragione pratica realizza l'atto di *imperium*, regolando e orientando la dimensione volitiva in una decisione che impegna il proprio avvenire. Nell'atto decisionale è possibile distinguere ma non separare la ragione della volontà⁽⁴⁾.

Di fronte alla tradizionale interpretazione *intellettualistica* della discrezione di giudizio, tendente a considerarla come capacità da parte del soggetto di possedere una conoscenza minima sul matrimonio e su i diritti ed obblighi essenziali⁽⁵⁾, il c. 1095 §2 fa riferimento non solo all'intelletto pratico nella sua funzione deliberativa ed esti-

